

Francisci Hotomani.

Itaque si quantum ex æquo & bono deberet, tanti socius damnatur, in solidum damnari dicitur. In hac verò persona ratio ducitur: & ex illa solidi damnatione propter eius personæ rationem nullum derribitur.

Ex donatione sua. Seq. iiiij. Qui ex donatione sua conuenit, non in solidum, sed quantum facere potest damnatur. l. inter eos, i. 9. §. 1. D. de e iudi. Vbi Paulus ait, eum qui ex causa donationis conuenit, in quantum facere possit damnatur: & quidem eum solum deducto ære alieno, Imò nec rotum quod habet extorquendum ei, sed & ipsius rationem habet dam esse ne egeat. Idemque præterea verum esse scribit, etiamsi in solidum condemnatus donator, actione iudicati conuenit. l. ne se maius, 41. §. 2. co. & l. qui id quod, D. de donatio.

ARGUMENTVM.

Compensationis ratio, quam Iudex ex æquo & bono facit, plerunque actionem imminuit. l. 1. & pass. D. de compens.

Compensationes quoque opposita plerunque efficiunt, ut minus quisque consequatur, quam ei debetur. Namque ex bono & aquo, habita ratione eius, quod inuenit auctòr ex eadem causa præstare oportet: poterit Iudex in reliquum, eum, cum quo æsum est: condemnare, scit iam dictum est:

S V M M A R I A.

- 1 Actiones interdù propter compensationē minuūtū.
- 2 Compensationis facienda authoritas iudicis ex æquo & bono permittitur.

D Leriunque efficiunt. Enīt. j. Actiones t̄ plerunque propter compensationem immiuūtū. l. vlt. C. de compens. Quia de re superioris sub \$ in bona fidei, satis, ut tum res fe rebat, disserimus. Huc autem illud Senecæ pertinet ex libro de benefic. vj. debitorum suo creditor sepe damnatur, vbi plus ex alia causa abstulit, quam quod est crediti: non tantum inter debitorem & creditorem, Iudex sedet, qui dicat Pecuniam credidisti: quid ergo pecus abegisti, Serviū eius occidisti, Argentum quod non emeras possides: estimatione facta debitor discede, qui creditor veneras.

Ex æquo & bono. Sequitur ij. Compensationis facienda potestis iudicis ex æquo & bono permittit. \$ in bona fidei, suprà eod. Quibus ex verbis apparet, hac descripta ex eius libro fuisse, qui de bona fidei iudicis, in quibus æqui & boni ratio dominatur, disterebat.

LECTORIA.

Admonere volumus te Lector, notam hanc: Et qua vulgo etiam eruditii vñs sint, ab ea quam in hoc libello retinui, profectam, sed tamen corruptam esse. Cum enim libros Digestorum litera & transuersa ducta linea, veteres significarent, quemadmodum in aliis quoque notis similibus. P. C. existimareunt librariorum imperiti, quo tempore litera D scribit aliter copia est, duplex. Et ea nota significari: id quod ex libro Notarum iuris ciuilis vetustissimo, B. slavini mibi que Lutetia domi sua probauit vir summa humanitate pradius Ioannes Tilleetus. Quamobrem igitur ea vñs sim mirari desinat, qui Codicem primaria litera C designant, quemobrem Digesta similiter litera D notare vereantur, mecum ipse mirabile. Vale.

Praestare oportet poterit Iudex. Hunc locum ita correxiimus, cū in manuscriptis omnibus C O N D E M N A R E legeretur, in impressis antiquis, IV DEX: in vulgaris modò O P O R T E T modò P O T E R I T duntaxat inueniretur. Collatis igitur omnibus, hanc syncerā & veram esse lectionem iudicauimus.

ARGUMENTVM.

A ctio in debitorē qui bonis cessit, & postea mediocres fortunas adeptus est, quantum is facere posset persequitur. l. 4. D. de cels. bon.

Cum eo quoque, qui creditoribus suis, bonis cessit, si postea aliiquid acquisiterit, quod idoneum emolumen tum habeat: ex integrō in id, quod facere potest, credores experientur: inhumānum enim erat spoliatum fortunis suis, in solidum damnari.

S V M M A R I A.

- 1 Qui bonis cessit, si modicū post bona sua vendita acquisierit, iterum bona eius non vendūtur.
- 2 Cessio qua vocatur in iure antiquissima, quæ lege Iulia introducta est.
- 3 Debitor qui bonis cessit, si ad pinguiorem fortunam venerit, quantum facere potest conuenit.



Donecum emolumen tum habeat. Enīt. j. In debitorem qui bonis cessit, nisi emolumen idoneū adeptus sit, actio non datur. l. qui bonis, 6. D. de cels. bon. Vbi Vlpian. docet eum t̄ qui bonis cessit, si modicū aliquid post bona sua vendita acquisiuit, iterum bona eius non vendi. modum autem ex quantitate eius quod acquistum est astimari: Modestinus autem l. seq. ita rem explicat, si tales facultates acquisitae sunt debitori, quibus Prætor moueri possit. Vnde intelligitur hanc actionem nisi causa à Prætore cognita non dari. Sed quæ fuerit huius bonorum cessionis ratio & consuetudo, nō facile dictu est.

2 Nam t̄ quæ in iure cessio vocatur antiquissima est, & ad rerum singularium alienationem pertinet. Hac autem legem quadam Iulia introducta est, vt pater ex l. 4. C. qui bon. ced. pos. & ex Cod. Theod. ti. Qui bonis ex lege Iulia cedere possunt. Vnde intelligitur ea lege caurum fuisse, vt qui sine dolo malo æri alieno satisfacere non posset, bonus suis cedendo liberaretur.

3 Quod facere potest. Sequitur. ij. Actioni t̄ debitorum qui bonis cessit, quantum is facere possit, persequitur. l. 4. D. eod.